

munificentiam [tibi]^a nudam videamur quodammodo contulisse, hoc etiam pariter prospeximus concedendum, ut metropoli suo p[er] omnia loco et honore servato ecclesiae civitas Augustidunus^b, cui omnipotens Deus praeesse te voluit, post Lugdunensem ecclesiam esse debeat et hunc sibi locum ac ordinem ex nostrae auctoritatis indulgentia vindicare. Caeteros vero episcopos secundum ordinationis suae tempus sibi ad consedendum in concilio seu ad subscribendum vel in qualibet alia re sua *tenere loca decernimus et suorum sibi *f. 23. praerogativam ordinum vindicare, quia omnino^c rationis ordo nos admonet, ut cum usu pallii aliqua simul largiri privilegia debeamus.

15. Hanc quoque dignitatem, ut secundus post metropolitani sit in acceptione pallii, Teudulfus Aurelianensis episcopus interveniente divae memoriae Karolo imperatore optinuit¹ et Drogo Mettensium episcopus deprecante piae recordationis Hludowico Augusto promeruit², salvis privilegiis secundum sacros canones vere metropolitanarum urbium, ad quarum dignitatem ac privilegium, ut eis coequari — multo minus autem praeponi — valeant, isti secundi metropolitani pervenire non possunt. Et hos³, qui huiusmodi privilegia sive per imperialem deprecationem sive per apostolicam largitionem adepti sunt, Greci secundos metropolitano appellunt, sicut in gestis concilii Calcidonensis legitur.⁴ In quo Anastasius Nichenus pro privilegio metropolitano Nichenae civitatis causa synodi ibidem habitae a Constantino imperatore ad*ep^{to} *f. 23/. ostensa ex legibus pragmatica forma decertans, ostendente econtra Eunomio Nichomedense^d Valentiniani legale capitulum, quoniam aucta est dignitas Nichomedensium, dum secundo loco Nichea metropolis sit nomine constituta.⁵ Et relecta sententia Nicheni concilii⁶, ut^e in unaquaque provintia metropolitanus habeat potestatem et ipse constituat omnes, qui in ea provintia sunt, episcopos, iudicatum est a synodo decernentibus gloriosissimis iudicibus, ut Nichomedensis episcopus canonicam habeat in omni provintia potestatem et Niche-

^a) Zeilenende zerstört; vgl. MIGNE 126, 344. ^b) d korrig. ^c) Zweites n korrig. ^d) m auf Ras. ^e) Auf Rasur am Zeilenende.

¹) Vgl. den Brief Alcuins, MG. Epist. 4, 368 n. 225; dazu MG. Poet. lat. 1, 565: Cuius ego accepi pallia sancta manu. LESNE, *La hiérarchie épiscopale* S. 71f. ²) Vgl. MÜHLBACHER, *Reg.* 2 990. ³) Vgl. Hinkmar, MIGNE 126, 344 B; oben S. 56. ⁴) Vgl. MANSI 7, 301—314. HEFELE 2², 497 ff.; SCHRÖRS S. 370 N. 60; LESNE, *La hiérarchie épiscopale* S. 245f. N. 6. ⁵) MANSI 7, 311. ⁶) Ebenda. Vgl. MIGNE 67, 148 c. 4.